



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Jus Canonicum Ad Libros V. Decretalium Gregorii IX.**

**Huth, Adam**

**Augustæ Vindelicorum, 1732**

46. De observatione jejuniorum

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63433)

Parochiandis factarum, uti & ratione capfarum &c.  
 onialibus Pirch. b. t. n. 10. 3. Ne noviter inventæ expo-  
 nantur cultui publico, nisi approbatæ à S. Pon-  
 ut oratorum; sufficit tamen approbatio Episcopi, si vel  
 menta cum reliquiis inveniatur instrumentum authenti-  
 Prohibe- cum aut scriptura, vel si aliunde constet, eas esse  
 m Cleric- Sancti antiquitus approbati, cit. cap. & Trid. Sess.  
 cessitatis 25. in Decret. de invocatione, & veneratione &  
 reliquiis Sanctorum, & sacris imaginib. Ex quo  
 etiam Trid. l. cit. & 3. Reg. 18. 4. Reg. 2. & 4.  
 Gen. 18. Josua 5. Joan. 12. Luc. 12. probatur,  
 Sanctos non quidem cultu *Latria*, qui soli Deo  
 e San- debetur, sed *dulia* tanquam amicos Dei & inter-  
 cessores honorandos. Item exc. 19. Gen. V. 32.  
 Zachar. 1. Tob. 12. Apoc. 4. & 8. 2. Mach. 15.  
 eos invocandos. Demum ex cit. Trid. Act. 5.  
 V. 15. Act. 19. V. 11. & 12. &c. probatur, rectè  
 coli Sanctorum corpora & reliquias. Quid sit  
 circa ritum canonizandi Sanctos, vid. Schmalzgr.  
 b. t. §. 1.

## TITULUS XLVI.

### De Observatione Jejuniorum.

Q. I. Quid sit jejunium, & in quo illud consistat ?

Resp. I. Jejunium in genere est abstinentia  
 à cibis vel parsimonia victus in quantitate & qua-  
 litate. Est vel *naturale*, scil. abstinentia ab omni  
 cibo & potu in stomachum transmissio, quale ser-  
 vari debet à media nocte usque ad Missiæ celebra-  
 tionem & sumptionem Eucharistiæ; vel *Ecclesia-*

P § sticum,

*sticum*, quod secundum formam ab Ecclesia scriptam instituitur, & definitur, quod sit abstinencia à carnibus, & subtractio prandii, ac coenam cujuslibet cibi usque ad diem sequentem. Dum Ecclesia solam abstinenciam à carnibus precipit, uti diebus Veneris & ex consuetudine diebus Sabbathinis, excepto die natali Domini, & quovismodi diem incidente, *Abstinencia* dicitur; præter abstinenciam à carnibus prohibet similitudinem de die refectionem, vocatur *Jejunium*.

*Resp. 2.* Jejunium requirit tria 1. *abstinenciam ciborum certi generis*, non etiam potus simpliciter talis: præcipue exigit abstinenciam à carnibus, *can. 6. dist. 4. can. 10. dist. 3. de Consecr. & abstinencia* quæ sementinam carnis originem habent, uti sunt butyrum, ova. *can. fin. v. par autem est*: 2. quæ tamen in nostra Germaniâ permittuntur, de lardo porcino, pinguedine anserum &c. contrarium sentit Laym. præsertim propter periculum, ne ad alia v. g. farcimina, juscula carnis &c. licentia hæc cum scandalo & detrimento jejunii Ecclesiastici extendatur. Quorundam animalium esus, uti sunt testudo, fiber, lutra, rana, limaces, ubique est concessus. Disputant Theolog. AA. an habens simpliciter facultatem edendi carnes die jejunii, censeatur totaliter liber ab obligatione jejunii, ita ut possit etiam sæpius edere. Træ quæ circa materiam hanc sunt sententiæ, sunt omnes probabiles. 2. Requirit jejunium *refectionem unicam*, integram tamen & plenam, cuius brevis interruptio, vel modicissimi cibi sumptio

ceptione jejunium non solvitur, prout *h. n. 12.*  
 13. exemplificat Wiestner. 3. Ut ista refeccio  
 mica *cœna* sit, non prandium; quæ tamen hodie  
 tempore prandii sumitur, ita comm. consuetu-  
 dine receptum: quâ pariter inductum est, ut li-  
 ceat præter unam integram refeccionem adhibere  
*vesperi collatiunculam*, quæ quoad qualitatem &  
 multo magis quoad quantitatem valdè modera-  
 ta esse debet: ubi iterum optimè attenditur con-  
 suetudo.

Q. 2. *Quinam teneantur ad jejunium, & qui ab  
 eo excusentur?* Resp. ad primum. 1. Ad abstinen-  
 tiam à carnibus tenentur diebus Veneris & Sabba-  
 tinis omnes & soli illi Christiani, qui septimum  
 ætatis annum compleverunt. Ratio, quia præ-  
 ceptis Ecclesiasticis non ligantur, nisi ratione præ-  
 dicti, quales non præsumuntur parvuli ante septi-  
 mum annum.

Resp. ad primum. 2. Ad jejunium, id est, ad  
 unam tantum refeccionem tenentur diebus jeju-  
 nii strictè sumpti omnes Christiani, qui comple-  
 verunt 21. annum, non priùs, etiamsi robusti  
 sint. Ita comm. sensus AA. & ipsius Ecclesiæ.  
 Tenentur autem usque ad sexagesimum annum;  
 quia ætas talium jam solet esse infirma; alii tamen  
 judicant, certum pro senibus tempus quo deobli-  
 gentur à jejunio, statutum non esse.

Resp. ad secundum. Causæ excusantes à jeju-  
 nio sunt. 1. *atras*, secundum dicta. 2. Corporis  
*infirmitas*. 3. *Paupertas*, qualis est eorum, qui  
 habere non possunt, quod eis ad unicam con-  
 gruam

gruam refectionem sufficiat. 4. Labor corporalis, ubi tamen notandæ propositiones dantur ab Alex. VII. 30. sic habet: *Omnes officiales in Rep. corporaliter laborant, sunt excusati ab obligatione jejunii, nec debent se certificare, an labor sit compatibilis cum jejunio.* & 31. *Excusantur ab obligatione à præcepto jejunii omnes illi, qui iter agunt, quando, utcumque iter agant, etiamsi iter necessarium sit, & etiamsi iter unius diei consciant.* 5. *Excusatio si sit sive opus præstantius & Deo gratius imcompatibile cum jejunio.* 6. *Dispensatio, dum causa alia non est evidens, sed dubia; est dispensatio petenda à superiore, qui respectu jurisdictionis est superior localis, respectu jurisdictionis Episcopus, vel eo absente, aut, juxta mentem etiam præsentem Parochus, juxta cujusque diocesis consuetudinem.*

## TITULUS XLVII.

### De Purificatione post partum.

**Q**Uoniam. *An & quanto tempore puerperis ab ingressu templi &c.? Resp. I. In Lev. præceptum quidem divinum erat Levit. 12. quod præceperantur foeminae ab ingressu templi per 40 dies, si masculum; per 80. si foemellam peperissent; hodie tamen illud utpote ceremoniale abolitum est, ut mulieri, si velit & possit, statim post partum templum liceat ingredi, nec peccet si secluso contemptu se negligat purificari.*